

No. 23. 1290. 1. Nov.

B. Withego beurkundet, dass die Gebrüder Quaaaz von der Unzulänglichkeit ihrer gegen den Domherrn Joh. von Burnis erhobenen Ansprüche überwiesen auf ihre etwaigen Gerechtsame an dessen Haus in Meissen verzichtet haben.

Nos Withego dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus recognoscimus et tenore praesentium publice protestamur, quod cum Heindenricus, Hertwicus, Theodericus, Fridericus fratres dicti Quaaaz aliquid moverent actionis contra Johannem de Burnis canonicum nostrum, archidiaconum Luzaciae maioris, super curiam eiusdem Johannis collateralem curiae magistri Cunradi de Hersveldia canonici Misnensis, ipsi coram nobis constituti, proborum virorum maturis consiliis informati necnon expediti recognoverunt publice sibi nihil iuris competere in curia iam praedicta, et si quid iuris ipsis de facto videbatur competere, illi iuri simpliciter et libere renunciarunt. Nos vero accedentibus precibus [partis] utriusque hanc litteram conscribi volumus et nostri sigilli robore communiri firmiter in testimonium praemissorum. Testes huius rei sunt Siffridus decanus, Heindenricus cantor, Thedericus praepositus Budisinensis, Cunradus de Boruz custos, Johannes de Strele praepositus in Hain, magister Cunradus de Hersueldia canonici Misnenses, qui suis sigillis praesentem litteram roborarunt. Praeterea interfuerunt et testes sunt eiusdem facti Vlricus capellanus, Ekehardus notarius curiae nostrae necnon alii fide digni. Datum Misnae anno domini M^o.CC^o. nonagesimo in festo omnium sanctorum pontificatus nostri anno vicesimo quarto.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit sechs an Pergamentstreifen hängenden z. Thl. beschädigten Siegeln.

No. 24. 1292. 3. Apr.

Markgraf Friedrich I. beurkundet, dass er dem Reinhard von Hersuelde das Recht ‚Mastunge‘ genannt und den Bierzins in der Stadt Meissen zu Lehen verlichen habe.

In nomine domini amen. Fridericus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio et Saxoniae comes palatinus omnibus Cristi fidelibus praesentem litteram inspecturis in perpetuum. Licet ordo iuris et iustitiae trutina ponderatus adeo incedat per semitam rationis, quod ex ipso processu temporis robur sibi attrahat firmitatis, expetit tamen ipsa amnicula scripturarum, per quae rerum gestarum proferatur ortus pariter et processus. Noverint igitur singuli ac universi ad quos praesens scriptum pervenerit, quod Reinhardo de Hersuelde militi contulimus per omnem civitatem nostram Misne omne ius vulgariter nominatum mastunge et omnem censum tabernarum qui vulgariter dicitur bierzins cum omnibus iuribus honoribus et utilitatibus, sicut ad nos pertinere dinoscebatur, tenendum et habendum a nobis iusto titulo feudali. Ne autem de hoc possit in posterum dubietatis scrupulus suboriri, praesens scriptum sibi conscribi fecimus nostro sigillo firmiter roboratum. Datum et actum anno domini